

materiales dependant à substantia immateriali, oportet illam videre. At illa cum sit Deus, oportet fieri, & Deum agnoscat.

Principia
individualia.

Tertia ratio est Auerri. Dicit, & sicuti natura humana non diuersificatur in indiuiduis nisi propter principia individualia, quæ sunt nomen, patria, pater, figura, locus, & similia. Ita forma hominis non diuersificatur nisi propter individualia imaginationes, quibus applicatur primus intellectus, & ex ijs quidditatibus apparet prima quidditas, & est Deus.

Confirmatur 12. Diui. Nam certum est, & intelligentia secundæ, quæ sunt applicatæ orbibus intelligenti primam intelligentiam, quæ est Deus. Pater quoniam omnes actiones, & lationes tendunt in primam ut amatam, & desideratam. Igitur si anima humana est intelligentia Deum facialiter intelligit.

Confirmatur. Nam sicuti Marthe. resoluunt omnes figuras ad lineas, & ad punctum. Et Arith. Omnes numeros ad unitatem, quam scit esse principium. Ita intellectus humanus dum agnoscit creaturas facialiter peruenit ad creatorem. Hæc quo ad spirituales visionem.

Ioan. 3.

Quinta Visio dicitur suppositalis, & hæc visio erit post resurrectionem, quando animæ reasumptis corporibus in celo videbunt Deum facie ad faciem. Hoc dicit Ioannes: Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est: sed esse suum, est essentia: Igitur essentia: At essentia est facies.

Ioan. 14.

Idem Ioan. 14. Si quis diligit me, diligitur à patre: & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum ei. At manifestat se ubi pater. Ergo facies patris cum sit clarissima, illam inspiciet.

Ioan. 14.

Idem dicit Philippus: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Ergo.

Ioan. 12.

Idem Ioan. 12. Dicit: Volo pater, ut ubi ego sum, illic & Minister meus erit. Si erit ubi Christus, Christus est in celo, & videt Deum facie ad faciem. Igitur, & Beatus.

Ps.

Idem dicit David ante, in illis verbis psallens: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Antea prædixerat Moyses, dicens: Ostende mihi gloriam, cui Dominus. Non videbit me homo, & viuet. Vnde Doctor meus explicat, & in sensu corporali, & mortali non potest videri diuina essentia: Tamen in resurrectione videbis. Et sic concluditur visio suppositalis.

Exo. 23.

Io. Bacho.

Distin. 50.

ar. 3.

Sexta visio, dicitur vniuersalis. Ista visio respicit animas Beatas post resurrectionem, per quam dicunt Theologi, & anima cognoscat omnia, quæ sunt in diuina essentia.

Notitia
dupl.

Hinc obseruo, quoniam diuina essentia sunt duo objecta, sic (licet modo dicere) quoniam in Deo sunt omnia. Alterum est simplicis notitiæ. Alterum visionis. Objectum notitiæ simplicis dicitur esse omne opus factum, fiendum, & non fiendum, & non possibile fieri. Nam Deus potest alium mundum facere, sed non fieri. Objectum notitiæ visionis dicitur esse solum rerum quæ fuerunt, quæ sunt, & quæ erunt. Modo queritur an anima videt omnia in Deo cum videat Deum in quo omnia? R. quod

Diony. Cæ.

de. Hæc.

Videt quædam, } Videt quædam de objecto visionis, sed non omnia. Responso hæc est Dion. Non videt, & } in 6. Cælestis Hierar. Nam dicit. Quod Angeli inferiores purgantur à ne- scientia. Igitur. Dicit S. Thomas, 3. p. q. 93. ar. 3. Si Angeli nesciunt omnia, quomodo anima sciunt omnia quo ad visionem? Confirmat. Ille solus scit

Ioan. 3.

omnes conclusiones alicuius principij, qui completere comprehendit illud principium. At solus Christus comprehendit Deum, & nulla anima potest hoc facere. Ergo solus Christus habet spiritum non ad mensuram. Igitur.

Non videt omnia, quæ sunt de objecto visionis, vsq; ad iudicium. Nam semper augetur cognitio. Videbit omnia, quæ Deus scit scientia visionis post iudicium, sic: S. Thomas, & Ioan. Bacho. Hæc sufficiant pro Lectione. Accedamus ad Examen.

EXAMEN IN QVO OSTENDITVR, An Beati possit Deum videre per essentiam? Et videtur & non.

Argumentum primum. Dicit Paulus, quod Deus lucem inaccessibilem habitat. Lux est essentia. Ergo, nullus attinget. Ergo non cognoscat, nec videbit.

Ioan. 1.

Mat. 22.

Idem Ioan. Chrysostr. super dictum illud Deum nemo vidit vnquam dicit: Ipsa cælestis essentia, dico Cherubin, & Seraphin, ipsum ut est, nunquam potuerunt videre. Igitur nec homines, qui non excedunt Angelos. Nam erunt sicuti Angeli.

Idem Dionysius in Epistola ad Hierotheum. Non visibilis quidem est Deus existens per ecedentem claritatem: Sed vti claritas excedit in via hominum intellectum, ita, & in patria. Igitur cum in via essentia non videtur, nec in patria.

Idem in Epistola ad Gaium Monachum dicit: Suppositæ tenebræ, quas abundantiam lucis appellat cooperiuntur omni luminari, & absconduntur omni cognitioni. Et si aliquis videns Deum intellexit, & vidit non ipsum, sed aliquid eorum, quæ sunt eius. Igitur nullus videt essentiam.

R. omnibus difficultatibus, & videre Deum stat dupl. Vel ut dicit comprehensionem, } Si consideretur Deus, quo ad comprehensionem certe, dico & nullo modo potest ab intellectu creato comprehendendi, & sic currit ratio, & auctoritates: Si vero sumatur quo ad apprehensionem, dico & Deus videtur, & contemplatur a Beatis. Nam licet oculus non possit comprehendere solem, tamen illum apprehendit. Et hoc sufficit.

CONTRA, & Beatus non potest apprehendere essentiam.

Argumentum secundum. Dicit S. Dion. in 1. lib. de Mystica Theologia. Perfectissimus modus quo intellectus noster Deo coniungi potest, est in quantum coniungitur ei ignoto: Ergo non apprehenditur per essentiam, talis apprehensio dicitur notitiam clarissimam.

R. à Di-